Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Altes Testament, 2. Teil - Cod. Aug. perg. 89

[S.l.], Datierung unklar

Buchschmuck

urn:nbn:de:bsz:31-67620

Visual Library

me et non uiderunt gloriam meam. Et annun
ciabunt gloriam meam gentibus et adducent
omnes fratres uestros de cunctis gentibus do
num domino in equis et in quadrigis et in
lecticis et in mulis et in carrucis ad montem
sanctum meum Ierusalem dicit dominus. Quomodo si in
ferant filii Israel munus in uase mundo in
domum domini. et assumam ex eis in sacerdotes et
in leuitas dicit dominus. quia sicut celi noui et
terra noua que ego facio stare coram me
dicit dominus. sic stabit semen uestrum. Et erit
mensis ex mense. et sabbatum ex sabbato.
ueniet omnis caro ut adoret coram facie
mea dicit dominus. Et egredientur et uidebunt
cadauera uirorum qui preuaricati sunt in me.
Vermis eorum non morietur. et ignis eorum non
extinguetur. et erunt usque ad sacietatem ui
sionis omni carni. Explicit Ysaias propheta.

Incipit prologus sancti Jeronimi presbiteri. In hieremia propheta.

Hieremias propheta cui prologus hic
inscribitur. sermone quidem apud
hebreos ysaie et osee. et quibusdam aliis
prophetis uidetur esse rusticior. sed sen
sibus par est. quippe qui eodem spiritu propheta
uerit. Porro simplicitas eloquii de loco
ei in quo natus est accidit. Fuit enim ana
tothites qui est usque hodie uiculus tribus
ab ierusalem distans uiculis sacerdos ex sacer
dotibus et in matris utero sanctificatus. virgini
tate sua euangelicum uirum Christi ecclesie
dedicans. Hic uaticinium ex orsus est puer
et captiuitatem ciuitatis atque iudee non
solum spiritu sed et oculis carnis intuitus est.
Jam decem tribus israel assyrii in medos tran
stulerant. iam terras eorum coloni gentium
possidebant. vnde iudam tantum et beni
amin prophetauit. et ciuitatis sue ruinas.
quadruplici planxit alfabeto. quod
nos mensure metri uersibus reddidi

et non uiderunt

ab ierosolimis

mus. Preterea ordinem uisionum que apud
grecos et latinos omnino confusus est ad
pristinam fidem correximus. Librum
autem baruch notarii eius qui apud he
breos nec legitur nec habetur pret
ermisimus. prohibens omnibus maledicta
ab emulis prestolantes quibus me ne
cesse est per singula opuscula respondere.
Et hoc patior quia uos me cogitis o pau
la et eustochium. Ceterum ad compendium
mali rectius fuerat modum furori eorum si
lentio meo ponere. quam cottidie no
ui aliquid scriptitantem. inuidorum insani
am prouocare. Explicit prologus. In
cipiunt capitula hieremiae prophetae

Antequam in matris utero sanctificatum ieremiam ad
De baculo nucino. prophetandum.
De olla succensa secundum uisum domini super ierusalem
De pseudo sacerdotibus et idolis
et pseudo prophetis. De falso baptismo.
De aqua aliena hoc est falso baptismo
Non prodesse baptisma hereticorum.
De ydolatria iudeorum.
Vbi iudeos increpat dominus quod sint obliti
et pro animabus pauperum et innocentium.
Adulteram non recipiat maritum quia coinquinata
Vbi pro idolatria repu nata est.
Dicit dominus iudea apertis et uiuant.
Vbi iurat deus homines ad penitentiam ut liberentur
Vnum de ciuitate et duos de progenie promittit
dominus accipere et dare sacerdotibus pro populo suo
secundum cor suum. De penitentia agenda.
Vox penitentie.
Quod penitentem propitie suscipiat deus.
Vt penitentibus purificetur ho apertis et re
nouationem consequatur.
Irascetur dominus pro decem uiris propter his non
prauis egerit. De spiritu seductionis.
Vox prophete dolentis interitum iudee gentis
Sermo domini super iuda et ierusalem tradita